

CHRISTOPH. RICCI
J. U. D.

Problema Regium

DE
ELECTIONE PRINCIPUM
TRANQVILLA.

Et

Utrùm satius sit, certo uti ac perpetuo
eligendi Regis præscripto ? an in sin-
gulas electiones ab Ordinum pro-
videntiâ particulari ?



PARISIIS. ✓

Via Iacobæa apud Petrum Blasium ad insigne D. Thomæ.

M. D C. XXXVI.

CHRISTOPH RICE

J. D.

Problemata Regium

D.

ELECTIONE PRINCIPUM
TRANSALPINA

Et

Utrum latius sit specto uti ac perperam
eligendi Regis
gula electionis ab Ordine pro
videntia particulari

EXXVI 295



PARISIIS

Apud Typographum ad insignis D. Thomae

M. DC. LXXXVI

ILLUSTRISSIMO

AC REVERENDISSIMO

DOMINO,

D. PETRO

GEMBICKI.

NOMINATO EPISCOPO

PRÆMISLIENSI. DE-

CANO CRACOVIANSI.

GENERALI PRÆPOSITO

MIECHOVIENSI.

REGNI POLONIÆ

VICE-CANCELLARIO.

Domino gratiosissimo.



E Jure Regni optivi, ac Principum electione, ex re & historia Polona, collatis aliorum Orbis Regnorum moribus ac ritu, commentaturus, autoritatis &

patrocinii Tui egebam, Illustrissime
ac Reverendissime Præsul: in re tanti
momenti, & publici decôris. Cu-
jus Tu in Regno Sarmatarum felicis-
simus arbiter es, & sospitator. de
hoc ipso etiam, quod meditor, ne-
gotio optimè omnium judicaturus:
quô id agitur, quod præcipuè est Po-
lonum. Quamvis enim & alia non-
nulla regna optandi Principis soler-
tiam imitentur: Polonia tamen sola
est, quæ suâ effecit sapientiâ, ut haut
incertam esse appareat artem, quâ
imperaturus omnibus, ex omnibus
quærat. Sola est, quæ à primis
Reipub. suæ incunabulis, in hunc us-
que diem, perenni, &, quod omni-
um est maximum, incorrupto isthoc
artificio tot seculis usa, admirabilem
orbi

Orbi fecit eligendi Principis felicitatem : & nescio , an non majorem ! quàm quæ à meâ tenuitate dignè satis tractari aut exprimi queat. Nisi fortè vel eò saltem consiliò audentiæ id genus connivis oculis spectandum arbitrè ; ut ex lapsu , aut imbecillitate meâ , aliorum diligentia melioribus imbuatur. Cui & ipsi quoque alex lubens caput objecto. Sicuti & pauculas has pagellas præmittendas ideò , ac Illustrissimæ & Reverendissimæ Eminentia vestræ , humillimâ ac devotâ mente dicandas esse suspicabar : ut quemadmodum mercatores ex pauculis granis speciem totius acervi exhibere solent ; ita quid toto conerobore , ex uno hoc problemate cognoscatur. Sive obfirmando conatui

meo, cum quid hæc placeant, siue ei-
dem etiam abolendo, ut cum mali
succesus explodatur labor, iusti vul-
neris dedecus minutissimâ excipiam
jacturâ. Facies autem, quæ Tua est,
Reverendissime Præsul, benignitas;
ut & meæ etiam comperiantur Mu-
sæ, quòd optimè Musis velis.

Illustrissimæ Eminentix
Tuæ

obsequentissimus

C. Riccius D.

CHRISTOPH. RICCI

J. U. D.

De electione Principum tranquillâ.



X omni armaturæ genere, quò quidem Electionum jura passim lanciari audimus, familiam ducere videntur factiones, ac decumani isti disensionum fluctus, quibus sacrum id negotium nimio concutitur malè; ut solent maria certantibus ventis. Unde vel in seros quandoque annos vidui sceptri eunt orbitates; sicuti suo, cum de Interregnis agendum fuerit, videbimus loco. aut plures etiam ad sceptrum unum monstrosâ ac factiosâ altercatione vocantur: sive quod in studia partium ira, odium, favor, ambitio, aliivè trahant affectus; sive quod opinio ac aspectus quispiam imponat boni, aut recti. quò quod conferatur, omnis habet historia. De Pontificibus Romanis pro comperto tradit Bodinus, duos tresvè nonnumquam factos. Sed & in Imperio, quemadmodum

*Bodinus lib: 6.
de Rep: cap: 5.*

Alnus Lampridius in Alexandro Severo, princ. dum antiquitus, Lampridii verbis, *ista res bel-*
la civilia multa severat; quibus necesse fuit mi-
litem contra hostem paratum parricidaliter peri-

Bergomen: in Suppl: Chronic: li: 13. de A. 1200. *Abbas Vyspergē- sis in Chron: de A. 1191.* *Matth: VVest- monasteriēsis in florilegio Rerum Britannc: de A. 1157. Bergom: d. l. in A. 1256.* *Cromerus lib: 11. de reb: gestis Pol.* *Bergom: lib: 13. Suppl: Chron: in A. 1309.* *Olugosus tom: 1. hiflor: Polon: lib: 6. in A. 1195.* *Wseq. Cadlub- cus lib: 4. hiflor: Polon: cap: 23.* *Wseq. Matth: de Michovia lib: 3. Chron: Polon: cap: 27. Wseq. Cromerus lib: 7.* *Herburtus lib: 6. cap: 1. Wseq. Sarni- tius lib: 6. annal: Polon: in A. 1195. Wseq.* *re: ita seculis porrò temporibus Suevorum Ducem, Henrici V. fratrem, & Otthonem IV. factiosæ electionis schisma eodem mactavit scepro. ut & Richardum, Principem Cornu- biæ, Regis Angliæ fratrem germanum, & Al- phonsum Hispanum. Nec non Fridericum Austrium, & Ludovicum Bavarum; extincto vi veneni, Eucharistiâ dati, uti Cromerus ha- bet, & Philippus Bergomensis, Henrico. No- tæ sunt insuper ambitiosissimæ molitiones Ro- dolfi Suevi, contra Henricum IV. Conradi Ducis Sueviæ, contra Lotharium II. Saxonem. & quæ Carolo IV. cum Friderico, Marchione Misniæ; ac Gunthero Comite Swartzburgen- si, intercesserint nundinariæ contentiones.*

In Poloniâ Lescus Albus, Casimiri filius, ter electus, ter repulsus, cum Miecislao Sene, ac Vladislao Lasconogo sceptri vices toties reci- procavit. Boleslao Duci Plocensi, Henrico Vratislaviensi, ac Vladislao Loctico penè idem tempus tribuit principatum: in Præmislo tan- dem

dem recollectum. Herburtus compendia-
 riò, *Lescò nigro*, inquit, *sine liberis defuncto*,
Cracoviensis & Sendomiriensis, atque Siradien-
sis dominatus in medio erant: quos alius jure
 agnationis, alius gratia populari, alius vi & po-
 tentia usurpabat. Primùm omnium *Vladisla-*
us Locticus, *Lesci mortui frater, eodem patre*,
sed alia matre prognatus, *Siradiensem domina-*
tum, ultrò se ipsi subdentem, occupavit. Ve-
 rùm *Cracoviensis & Sendomiriensis conventus*
Boleslaum Ducem Plocensem, Conradi fratrem,
Principem creavere, posthabito Conrado, cui se
bis antea, vivente Lescò, subjecerant. Acci-
 tus igitur *Boleslaus possessionem principatus adit,*
Cracoviamq; solemnì pompâ deducitur. Nec
 multò post *Henricus, Dux Vratislaviensis, à*
Cracoviensibus civibus clam accersitus, cum justo
exercitu advenit; venienti cives portas urbis a-
peruere. & quæ ibi sequuntur plura. Quin
 & *Vladislao Loctico ad sceptrum denuò acci-*
 to, (erat enim jam tum semel abdicatus) *Pos-*
nanien-sis & Calis-sien-sis conventus Henricum
Ducem Glogoviensem, Conradi filium, quod
ex sorore is esset natus Præmisli, subdiderunt.

*Herburtus lib: 8.
 bist: Polo: cap: 6.
 Cromerus lib: 10.
 & 11. Matth:
 de Michoviâ lib:
 3. Chroni: Polo:
 cap: 63. & seq.
 Sarnitius lib: 6.
 annal: Polon: in
 A. 1289. & seq.*

*Matth: de Mi-
 choviâ lib: 4.
 Chro: Pol: cap: 6.
 Cromerus lib: 11.
 Sarnitius lib: 6.
 annal: Pol: in A.
 1305. Herbur-
 tus lib: 9. cap: 4.*

4. CH. RICCI, DE ELECTIONE

Eodem schismate post mortem Ludovici Hungarorum ac Polonorum Regis, cum Sigismundo Marchioni, tum Zimovito Masoviorum, ut & Vladislao Oppolienfium Ducibus, impatiens consortis diadema oblatum. Sed quod Vladislao Jagelloni Lithvano felicissimè tandem cessit: cum is sive Regina consortium, sive Regni sceptrum, aut in alterutro utrumque precatus, è tot difficultatibus Regni casus vindicaret: Lithvaniâ omni, cum Samogitiâ, magnâq; Russia parte, Polonia jure sempiterno unitâ. ut dubitari possit, dandonè accipiendo Lithvanus Polonia fuerit utilior?

Pariter & Vladislao III. è vivis sublato, Casimirus primùm, eoque morosius, quod putabatur, tergiversante, etiam Boleslaus, uterquè renuntiari Reges. Quemadmodum & Casimirus eundem, unaque Albertum Ducem Austriarum, divisi in factiones Boëmi, pari istò or-

narant honore. Quin & Vngari porrò Vladislao, Polonia Regi, idem id impensisissimis precibus ac votis nuncuparant diadema, quod & Ladislao, Alberti Cæsaris filio posthumo, necdum quadrimestri, in Albâ Regali, Dionysius

scripsit

S. prianus Leobitt.
us in ind: Astro-
lo: A. 1443. The-
obald: in bello
Husfit: part: 2.
cap: 12. A. 1443.
D. Eysen in de-
ductione Bohe-
micâ.

fius Zechus Cardinalis, Archiepiscopus Stri-
goniensis, præsentibus ac assentientibus aliis
Episcopis ac Proceribus Regni, jamtum impo-
suerat. qui fomes fuit immensæ inter Vngaros
ac Polonos stragis. Sic & Vngari, Matthiâ
extincto, diversis studiis, partim ad Vladisla-
um Regem Boëmorum, partim ad Joannem
Albertum, Casimiri Poloniæ Regis filium,
sceptrum detulerunt. Nec deerant, qui Ma-
ximilianum Cæsarem regnare vellent. aut
vel Johannem etiam, defuncti Matthiæ no-
thum, quem blandè *Hanselicum* vocabant,
Regem appellarent. Et ne obsoleta lon-
giùs persequamur, sub recenti etiamnum ca-
lent memoria tremendi motus, quibus Maxi-
miliano, Archiduci Austriæ, rara, at inquieta
quæpiam manus Poloniæ procabat sceptrum:
cæteris Procerum omnium ordinibus in Si-
gismundum, Sveciæ Principem, felicissimo
consensu unitis. Quæ viva quædam est tur-
barum, quas in comitia electionum publicus
obserit livor, imago: vel ipso Ordinum Re-
gni Poloniæ testimonio, quo nullum potest
esse luculentius. Ita enim illi in epistolâ ad

Cromer^o lib: 29.
Herburt^o lib: 17.
cap: 13. Neuge-
baur lib: 6. hist:
Polon: pag: 427.

de datâ 12. Oct:
uni- A. 1587.

universos Principes Christianos. *Primum*,
omnium, inquit, querinè magis, an deplora-
 rare debeamus, nescimus: cùm publicum consili-
 um de omnium gravissimâ re indictum esset, ita
 nonnullos & animis & copijs paratos accessisse, ut
 non de Rep. consultaturi, sed de privatis contro-
 versis suis, armis inter se dimicaturi viderentur.
 qua in re, utrius partis culpa sit, definiendum nobis
 non arbitramur. Id quidem dissimulare non possu-
 mus, cum in proximo conventu, qui Electionem
 hanc proximè antecessit, una pars non modò multa
 asperè in alterum absentem dixisset, verùm gravi-
 simè etiam eandem oppugnasset; cùm huic causam
 sui muniendi præbitam videri, tum ipsam etiam
 semper id professam esse; non lædendi cujusquam,
 sed sui defendendi causa, quicquid penes se præsidij
 haberet, se sibi adjunxisse. Quomodocunq; sanè res
 se haberet, cum semel in eum statum adducta esset,
 ut nisi in tempore obviam illi iretur, ne privatis o-
 dijs Respub. interiret, summopere verendum esset:
 etsi indignum nobis videbatur, ob privatas conten-
 tiones publica consilia impediri, quantum in nobis
 tamen esset, non modo Reipub. verùm civium et-
 jam singulorum salutis, quàm dignitati publicæ con-
 sulere

salere malebamus. Itaq; non modò ex ordine nostro viros primarios aliquoties ad utramq; partem ablegavimus, qui de compositione diligentissimè inter eos agerent: verùm non rarò universi etiam auctoritatem nostram interposuimus, si quâ ratione ad pacem atq; concordiam universaq; Reipub. auctoritatem adducere eos possemus. Hîc nihil dicemus aliud, quàm alteram certè partem semper in potestate nostrâ se fore cum verbo, tum re præstitisse: alteram nescimus quomodo, cum à pace, tum ab omnibus ijs rationibus, quæ à nobis proponebantur, abhorrentem animum ostendisse; ut quod cuilibet in mentem venire poterat, quodq; exitus ipse testatus videtur; id nobis quoq; suspicandum fuerit: cum omnia quæ ad concordiam inter eos conciliandam pertinerent, & à nobis diligentissimè tentata essent: & eæ rationes ejus propositæ, quæ ab illâ ipsâ parte jam ante non modo approbatæ, verùm ultrò propositæ esse dicebantur: quod nihilominus convenire non posset, nulla alia causa, quasi ex instituto, contentionem hanc à quibusdam ali, quàm quò per disensionem hanc eum regem inducere possent: in quem alios non nisi vi, ac malo adactos, non facile consensuros existimarent. Et paulò post. Non enim

enim jam solum variis disputationibus interpositis deliberationes publicæ eximebantur: verum iis, qui in illis versabantur, minæ, ac vis intentabantur. Comitium armatis hominibus non sepiebatur solum, verum etiam complebatur: in loco publici consilii scloppi explodebantur: in conspectu senatus expansis signis consistebatur. Itaque in ipso etiam senatu nulla ferè libera vox ferebatur. Si quid liberius ab aliquo dictum esset, non modò vociferatione, verum convitiis etiam mox excipiebatur. Id vè non modò privatis accidebat: quamvis in tali causâ nemo, qui jus suffragii ferendi habeat, privatus censerì possit. Verumtamen & Archiepiscopum ipsum, qui cum princeps senatus sit, in ejus persona non illius solum dignitas, verum universi senatus observari debeat: gravissimis verborum contumeliis in ipso senatu affectum esse: alium senatorem ad singulare certamen, publicè in senatu provocatum notius est, quam ut à quoquam negari possit. Tacemus hoc loco sacerdotem in ipso consilii publici loco in tumultu trajectum; Venceslaum Vansovicium, virum nobilissimum, & in superioribus bellis singulari cum laude versatum, à factione illâ interfectum: alios complures

plures, partim minis, partim cadibus, quæ vulgò
 ferè fiebant, oppressos. Ita, inquam, Ordines de
 turbis ac horrendis factionibus, quæ electioni
 Divi Sigismundi III. obrepserant: & Maxi-
 miliano Archiduci Austriæ animum ac ausus
 surrogarant, ut militari manu Poloniam infe-
 staret; turbidè oblata, progressu simili occu-
 paturus. Id quod nec facile incendium defe-
 cisset, nisi Maximiliano captivato, flammæ
 oppressisset heros incomparabilis Joannes Za-
 moscius: quem felici quodam Reipub. fato na-
 tum credere par est; ut extaret seræ posteritati
 perfectissimum exemplar amantis patriæ civis, for-
 tissimi & felicissimi belli Ducis, ac prudentis Se-
 natoris: sicuti ad tumulum Divi Sigismundi
 III. Illustr. ac Reverend^{iss} D. Stanislaus Lubi-
 enski, Episcopus Plocensis, de ipso, & verè, &
 bellè. Sed nec in comitiis solummodò e-
 lectionum ea vis, & cruor: quin & in ipsâ pe-
 nè sede optivi sceptri. Quomodo Romanos
 Pontifices duos & viginti cæsos ferunt; plures
 etiam factionibus ferocissimorum de sede Pon-
 tificali disturbatos: præter eos, qui veneno
 perierint. Imperatores verò Germanorum

P. orationem in
 funere D. Sigis-
 mundi III. D.
 Stanislai Lubi-
 enski Episc: Plo-
 cens: lit: B.

Bodin^{us} lib: 4.
 de Rep: cap: 1.
 & lib: 6. cap: 8.

annis paulò minùs trecentis clade civili occubuisse novem, præter eos, qui imperio abdicare coacti. Quondam etiam milites prætorianos ob id tantùm Impp. necasse, ut novi Principis creatione acciperent donativum. post-

*Tacitus lib: 1.
bistor. Bellar-
montan^o disquis:
Polit: 24.*

*Cabotius lib: 1.
var: cap: 8. pag:
34.*

*c. legimus di-
stinct: 93. Pe-
trus de Andlo de
Imp: Rom: lib: 2.
c. 1. Lapold: de
Behenburg. de
jar: Imp: cap: 5.
& ad utrumq;
Freker^o in notis.
Sueton: in Gallâ
c. 1. & in Vespas-
iano cap: 6.*

quam, *prodito arcano Imperii*, uti Tacitus graviter, post Neronis mortem, nisi, quam Cabotius impugnat, conjectura nos habeat frustra,

sui arbitrii fecerant optionem Imperatoris: neque parvo tempore, Galbâ ab Hispaniensi,

Othone à Prætoriano, Vitelliô à Germaniciatino, Vespasiano à Mæsiaco, aliis ab alio atque

alio exercitu creatis, impunè usurparant. ac perinde principes ludebant, ut talos; scenicâ

usi potestate; ut & cæco prorsus impetu sceptrum præcipitarent, vel susurros interdum, ac

aurâ vanos garritus secuti; & repentè iterùm eriperent. Quod utrumq;, cum in id inci-

dimus, hoc nunc loco, historiâ duce, ostendere non pigrabor: ut nostri seculi felicitatem, e-

ligendiq;, quam id callet, Principis artem, è corruptelis ac erroribus priscis evidentiùs cognoscamus, ac æstimemus. Et de P R O B O

quidem Vopiscus refert, purpuram solâ nominis fa-

*Flav: Vopiscus
in Probo,*

nis fa-

nis famâ, aut famæ nescio quo lusu delatam accepisse. Quum inter milites, inquit, sermo esset, quis fieri deberet Imperator: Et manipulatim in campo tribuni eos alloquerentur, dicentes, requirendum esse principem aliquem fortem, sanctum, verecundum, clementem, PROBVM. Idg per multos circulos, ut fieri asolet, diceretur: quasi divino nutu ab omnibus acclamatum est, PROBE AVGVSTE, DII TE SERVENT. deinde concursus, Et caespititium tribunal: appellatusq, est Imperator: ornatus etiam pallio purpureo, quod de statuâ templi allatum est. atque inde ad Palatium reductus, invitus Et retrectans: Et sæpe dicens; non expedit vobis milites: non bene mecum agitis: ego enim vobis blandiri non possum. Et c. Simile de Regilliano narrat Trebellius Pollio: mirabile, ait, fortasse videatur, si quæ origo hujus imperii fuerit, declaretur. militari enim joco regna promeruit. Nam cum Ducatum in Illyrico gerens, milites quosdam secum in cœnâ haberet, astitit Valerianus Tribunus, qui diceret: REGILLIANI NOMEN, VNDE CREDIMVS DICTVM? Alius continuo: credimus, quod à Regno.

Trebellius Pollio
in XXX. tyrannis cap: 9.

12. CH. RICCI, DE ELECTIONE

Regno. tum is, qui aderat, scholasticus capit quia-
 si grammaticaliter declinare, & dicere: REX,
 REGIS, REGI, REGILLIANVS.
 Milites, ut est hominum genus prouum ad ea,
 quæ cogitant, dixerunt: ERGO POTEST
 REX ESSE. Item alius: DEVS TIBI
 REGIS NOMEN IMPOSUIT. Quid
 multa? his dictis, quum aliâ die manè proces-
 set, à Principibus Imperator est salutatus. Ita
 quod aliis iudicium detulit, huic jocularis astutia.
 Eodemvè modo Proculus ad imperium eve-
 ctus. Apertè Vopiscus, in imperium, inquit,

Flav. Vopiscus
 in Proculo.

Proculus vocitatus est ludo penè, ac joco. Nam
 cum in quodam convivio ad latrunculos luderetur,
 atque ipse decies Imperator exisset, quidam non i-
 gnobilis scurra, AVE, inquit, AVGVSTE.
 allataq; lanâ purpureâ, humeris ejus junxit, eumq;
 adoravit. Timor inde consciorum: atque in-
 de exercitus jam tentatio, ac imperii. Istimodî
 scilicet affaniis ac nugis res seria isto tum avô
 laborabat, ut Principatus more scenico trade-
 rentur; quomodo Procopium Zosimus sceni-
 cum appellat Regem, ὡς περ δὲ το σκηνῆς βα-
 σιλέα σχεδίασθέντα, quod subito regnum esset
 conse-

V. Piccardum s.
 obser. histor. Po-
 liti: 7. in fi.

consecutus. Sed & eadem facilitate iterum
 adimerentur. dum hunc quasi per scenam intro-
 ducerent Imperatorem, illum educerent, Plu- *Plutarchus in*
 tarchi relatu: atque vel ideo saltem, quod *Galbâ. princ.*
 paulò innuere volebamus antè, truculentis
 Imperatorum cædibus tragicam subinde infi-
 cerent purpuram, ut novi Principis creatione
 nova donaria, ac congiaria pinguiora eliceren-
 tur. Quemadmodum ex Ægyptiorum Sul- *Bodinus lib: 6.*
 tanis, quos ipsos quoque Mameluchorum, *de Rep: c. 3. &*
 seu Prætorianorum militum suffragiis legimus *in methodo hi-*
 creatos, septem civilibus interfecti bellis: *storiarum cap: 6.*
 Turquemanus, Melaschalus, Cothus, Bando- *pag: 206.*
 cader, Muhameres, Circassius, Giapalatus
 totidemq; Romanorum Imperatores, qui pro-
 ximè Augusto succesferunt. Aut si verò cle-
 mentissimè agendum videretur, improbæ ta-
 men ex industriâ ciebantur turbæ, ut vota Pa- *Vopiscus in Pre-*
 trum ante verterentur: & quod Senatui proba- *bo.*
 retur, legiones repudiarent, in partes distractæ.
 Ex quò sapissimè tot Imperatores, quot in Pro- *Trebell: Polli:*
 vincias exercitus dissipati fuerant, creati: tri- *in Salonino Gal-*
 ginta simul tyrannis, præter Zenobiam & Vi- *lieno & XXX.*
 ctoriam famellas, ad Imperatorium ornatum *tyrannu.*

receptis; aut ad mutuas potius cades, si rectè attendamus. Aptè quidam è prudentibus; ne alii cedere viderentur, ex omnibus angulis, ubi milites erant, solstitiales emergere Imperatores; qui, ut herba irrigua, citò ad terminum properarunt, mutuis cladibus consumpti. Atque eò scilicet malitiæ ac crudelitatis optio fuerat progressa! quam & eâ quoque de causâ tantò arderbiùs incusant, qui tranquillius cum Repub. agi debere contendunt. Enimverò cum nihil constet esse iniquius, quàm ἡν τῶν ἀν-
 δεσπῶν πονηρίαν ἐπὶ τὰ πρᾶγματα με-
 ταφέρην, sicuti Isocrates quodam loco sapi-
 enter: nec ipsâ illâ etiam quantacunq; optio-
 num obreptitiâ labè, aut vel sceptri optivi
 degenerè lapsu efficietur, ut ævi intemperie,
 aut malitiâ hominum ad res relatâ, vel dam-
 nandam esse electionem credamus; vel isto
 etiam dedecore afficiendam, quod naturam &
 sanctimoniam incorrupti negotii infamet.
 In bonis enim legibus, ac probâ eligendi for-
 mâ omne id situm est, ut electio & tranquille
 perficiatur, & nitores suos servet integros.
 Romani sub prima conditæ urbis auspicia Re-

ges sine ullâ optarant contentione. In Germaniâ, Poloniâ, Daniâ Reges; in Rebuspub. Genuensium & Venetorum, Duces magnâ subinde lecti tranquillitate. Imò in æternos ibit annos nuperrima Vladislai I V. Poloniæ Regis, pacatissima electio. vera totius Regni Alcedonia: quibus gens Martia sceptri sui immortale parturivit decus, & cælicum jubar. eâ quiete, eò omnium incredibili concordio, ac consensu, ut vix fieri optio animadverteretur, nisi cum esset facta. omnem successionis tranquillitatem multis supergressa parasangis. in quâ querula necessitas repperit semper, quod reformidet: cum in electione desideratissimi Regis nemo haberet, quod metueret; nemo, cur dissentiret. quin in omnium labris, ac consonâ voce, unus, divinis auspiciis, ferveret VLADISLAUS. Non insunt ergo factiones electionum naturæ, aut indoli: non insunt. quia nec insunt semper: nec necessario insunt. quin suam haut ægrè modestiam retinent, & tranquillitatem; modò probis imbuantur legibus, ac præscriptis. de quibus proxima nostræ hujus, quam meditamur

mur, tractationis tantò fortè utilior erit indagatio, quantò major est certi ac præscripti ordinis in sanctissimo Regiæ electionis negotio necessitas, ac usus. Dei vox est; omnia der-

ad Cor. 1. cap. 14.

bere fieri ordine & decenter. Imò certa ea est prosperrimi successus sponso; quia Dei vox est. Quemadmodum ex parte adversâ, in factiones, ac malè sana discidia ultrò illæ ruunt electiones, quas ratio deserit, & apta gerendæ, perficiendæve rei disciplina. Rectè Boëtius;

*Boëtius met. 6.
lib: 1.*

*id quod præcipiti viâ
certum deserit ordinem,
letos non habet exitus.*

*Cardin: Tuscan
tom: 3. cõclus: 57.
Ioseph: Steph.
Valentin' de le-
vatione Roman:
Pont: ex A. Mar-
cellino lib: 27.*

Ideò enim ne Pontificum quidem electiones olim sine cruore: quo & propter Damasi ac Vrficini factiones, uter Pontifex esset, in cives Romanos miserè fuerat desæviturum; quod imprudenti vulgo perperam in manus degener ac informis asserita esset facultras: Cardinali-

*Cusanus lib: 3.
Concord: Cathol:
cap: 2. Cap: in no-
mine, 1. dist: 23.
& passim.*

tio deinceps Ordini emendatiùs tributa. Similiter in Imperio seditionib' infectæ quondam electiones, extra orbitam sinceræ ac cautæ optionis omnimodò aberrarunt. præpri-

mis:

mis, cum qui familiam suam Imperio semel intulerant, subinde hereditariam optioni opponerent successionem.: magnâ ac cruentâ successionis cum electione luctâ & pugnâ: *quæ rarò convellitur moles, sine convellentium exitio.* *Talit' 4. annal.*

Alibi, communi cum Imperio labe, æstus ac æstus inquietarum mentium bonas perrupit leges. seu facilius etiam ab iis, quæ semel placuerant, fuit recessum, quàm sacræ istius rei decuerat perseverantiam, ac fidem. Cui designandæ Carinthii olim, Archiducem electuri, marmorei lapidis consensionem actui isti habuere sacram. utut de cœtero, abjectissimâ ac ridiculâ initiationis formâ uterentur: quam ex

Æneâ Sylvio, animi causâ, hîc referre allube- *Æneâ Sylvius*
scit. *Europæ cap: 20.*
In Carinthiâ, inquit, quoties novus Prin- *Et ex eo Bodinus*
ceps Reipub. gubernationem init., solemnitatem *lib: 1. de Rep: c. 8.*
nusquam alibi auditam observant. *Tholozanus lib:*
Non longè *7. de Rep: cap: 15.*
ab oppido S. Viti, in valle spaciôsâ, vetustæ civita- *n. 16. Piccartus*
tis reliquiæ visuntur, *narrat: ridicul:*
cujus nomen temporis abole- *cap: 7.*

vit antiquitas. Juxta in pratis latè patentibus, marmoreus lapis erectus est: hunc rusticus adscendit, cui per successionem stirpis id officium hereditario jure debetur. Ad dextram bos macer nigri

coloris adstat, ad sinistram Paramatiæ deformis equa. frequens circa eum populus & omnis rustica turma. Tum Princeps ex adversa pratorum parte procedit, purpurati circum proceres ambiunt. Vexillum ante ipsum & insignia Principatus. Comes Goritiæ, qui palatii curam gerit, inter duodecim minora vexilla præcurrit: reliqui Magistratus sequuntur. Nemo in eo comitatu non dignus honore videtur, nisi Princeps ipse, præ se rustici speciem ferens. Agrestis ei vestis, agrestis ei pilcus, calceusq; & baculus in manu gestantis pastorem ostendit: quem postquam rusticus ex lapide venientem conspiciatus est, sermone Sclavonico: (sunt enim & ipsi Carinthei Sclavi) Quis hic est, inclamat, cujus tam superbum incensum video? Respondent circumstantes, Principem terræ adventare. Tum ille: justus ne iudex est, salutem patriæ quærens, liberæ conditionis, dignus honore? estne Christianæ cultor religionis, defensor & propagator? Respondent omnes: est & erit. Rursum ille: Quæro igitur, quo me jure ab hac sede dimoveat? At Goritiæ Comes. L. X. denariis abs te hic locus emitur. Fumenta hæc tua erunt, bovem atque equam ostendens. Vestimenta quoque

que Principis, quæ paulò ante exuit, accipies, eritq;
domus tua libera & absque tributo. Quibus dictis
rusticus levi alapa Principi data, bonum judicem
jubeat esse: & surgens, jumentaque secum ducens,
loco cedit. Princeps verò conscenso lapide, nudum
gladium manu vibrans, ad omnem se partem con-
vertit, æquum judicium populo promittens. Fe-
runt & aquam frigidam, à rustico illatam pilco,
bibere, tamquam vini usum damnet. Deinde ad
templum solemne pergit, quod in propinquo tumulo
situm est, sanctæ Mariæ dicatum, ubi peractis sa-
crificiis, Princeps rustica indumenta deponit, pa-
ludamentumq; induit; convivatusq; splendide cum
proceribus, in prata revertitur; ibique pro tribu-
nali sedens, jus petentibus dicit, & fundos confert.
Hactenus Sylvius. Nos verò ad symbola per-
severantiæ redimus, quæ & Danis, & Suecis,
& quibusdam gentibus aliis mirificè placuere.

Dani utique veteres, lecturi Regem, affixis hu-
mo saxis insistere, suffragiaq; promere quondam
consueverant: subjeutorum lapidum firmitate sa-
li constantiam ominaturi. Sueci pariter, supra
lapidem campestem amplissimum, in circui-
tu duodecim continentem alios minori formæ

Saxo Gram-
maticus lib: 1.
bistor. Dan. in
princ. Crantzi^o
lib: 1. Dan: cap: 3.

Ola^o Magn^o lib:
8. de gētib: Se-
ptentrionalibus.
Tholozanus lib:
6. de Rep: capi-
ult. n. 44.

20. CH. RICCI, DE ELECTIONE

humi firmatos, signandæ perpeti constantiæ,
Reges olim suos eligebant. eidemque & an-
num, & diem gestæ rei, nomenque Regis, ad
perennem memoriam, incidebant: sicuti ex

Isacius Pontanus
lib: 9. Rerum
Danicarum. in
A. 1396. pag:
326.

Joanne Mesfenio Sueone, & cujusdam Nota-
rii Vpsalensis instrumento, Isacius Pontanus,
Regis Daniæ historiographus, evidentissime
demonstravit.

Quæ si omnium locorum ac
temporum conscientias religio prensasset, tot
divortia sceptris non fuissent illata. Quam-
vis nullo tamen in bonas leges, aut præscriptam
sinceræ electionis formam, peccato effectum
sit unquam; ut vel desperanda sit sincerior
forma, aut omnis etiam obrepentium factio-
num medicina. Nam & quæ optimarum san-
ctionum violentam rupturam sequuntur con-
fusiones, certa sunt cautioris disciplinæ indici-
na. Ut tantam penè habituri simus electio-
num tranquillitatem, quantam dispositissimi
ordinis religiosior permiserit esse observantia
ac cultus. Nisi si quid humani fortè obrepat,
quod fragilitas nostra non cohibescat. in co-
enim sumus theatro, in quo homines palantur.

Socrates in Pa-
latibenaico. p.
245.

ut cum alii ne Deos quidem suos expertos omnis

pecca-

peccati putent; Respub. nostras nullâ unquam in
 re deliquisse, vanè persuadeatur. Et est præ-
 terea, si sapere velimus, à temperie disensio-
 num expectatio longè felicior, quam quæ cum
 sordidis factionibus commiscenda. Aptè Se-
 neca: *societas nostra lapidum fornicationi simili-*
ma est, quæ casura, nisi invicem obstarent: hoc
ipso continetur. Rationem ab ipsâ naturâ pe-
 tit Plutarchus, & exemplo illustrat. Si con-
 tentionem, inquit, & litem segreges ab universi-
 tate, opinantur Physici, fore ut corpora cœlestia
 consistant, omnium item generatio & motus con-
 quiescat, propter mutuum mundi cum his concen-
 tum. Et Laconicus Legislator Lycurgus
 virtutis faciem Reipub. videtur subdidisse,
ambitiosulam concertationem. & quoddam in-
 ter bonos certamen. Illam mutuò conniven-
 tem in non coarguendo gratiam, quæ iners sit
 & ignava, parùm rectè concordiam dici. At-
 que id Homerum quoque vidisse nonnulli ar-
 bitrantur, cum Agomemnonem gavisum fuis-
 se animo scribit, sicubi Optimates Græcorum
 vehementiùs inter se contenderent. Verba
 Poëtæ hæc sunt.

Seneca epist. 98.

*Plutarchus in
 Agesilao.*

Aristot. 2. Polit.

Odysf. lib: 8.

ἀναξ δ' ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων
 χαῖρε νοῦς, ὅτ' ἀριστοὶ ἀχαιῶν θηριόωντο
 ἐκπᾶλγοις ἐπείεσσιν.

Plutarch: in li-
 bel: de audiend:
 Poetis.

Et de Atheniensium Repub Melanthius apud
 Plutarchum, si omnes in unam, inquit, navis
 partem inclinare velint, mergi eam necesse foret,
 præstat eam in æquilibrio dissensionum versari, ut
 salva sit. Solum id verò cavendum est, ne in-
 valeat altercatio, & in proterviam migret. Au-
 dienda sunt diversa certamina: uti enim ignis
 è silice, ita attritu disserrationum id elicitur,
 quod optimum est Reipublicæ. Sed ut veri-
 tati ac bono publico, ad aram, Jovi Positorio,
 Christianâ ac juratoriâ cautione, sacram, pal-
 ma oculis porrigatur, ac herba. Ita enim e-
 lectionibus sua constabit sapientia, ac incorru-
 pta norma: à quâ ne tantillum recedimus,
 tantò enim eæ semper erunt tranquilliores,
 quantò strictiori præscripto compingantur, &
 & ut decernendi potius ineatur ratio, quàm vis ac
 fortitudo decertandi. Nam & ideò in Germa-
 niâ, post tot clades ac ludibria factiosarum o-
 ptionum, de certâ ac sincerâ eligendi Impera-
 toris formâ magnis studiis fuit excubatum: &
 atque

Cic. 1. Off.

atque à Carolo IV. in Curiâ, aut, ut hodiè lo-
quimur, Comitibus partim Norimbergensibus,
partim Merensibus (magnum enim & obsole-
tum illi errare mihi videntur errorem, qui alter
utris utramque sanctionis adscribunt partem)
id tandem repertum fuit, aut robustiore por-
tus, ad vestigia Otthoniana, quæ postmodum
exprimemus, vinculo firmatum, quod splen-
didâ Auræ Bullæ præfatione hodiè nunc cir-
cumfertur: ab appenso sigillo aureo Impera-
toris; uti exsertè habet Abbas Trithemius.
Carolus, inquit, *Imperator bullam, dictam aure-*
am, quia sigillo sit aureo roborata, conscribi fecit.
Eâdem vè fide ac stilo Crantzius, *aureo sigillo*,
ait, *desuper literas decernens Carolus, appellari*
jussit Constitutionem Imperialem, bullam auream.
Quemadmodum enim in quotidianis & pro-
miscuis Cæsares sigillo ac annulo typario ute-
bantur: ita in gravioribus bulla appendeba-
tur, sive cerea, sive plumbea, sive etiam argen-
tea: in gravissimis aurea. non aliter sanè,
quàm olim bullæ pueris prætextatis. Erant
autem bullis impressæ imagines Cæsarum, et-
iam apud Romanos. unde diplomata his ple-
rùmque

*Dabravi lib. 22.
hystor: Boem.
Thuanus lib. 2.
hystor. Choppius
lib. 1. de Domin:
Francor: cap. 2.
n. 2. Freber: ad
Constit. Adolphi.
Romanor: Regis
pag. 7. & seq.
Goldast tom. 1.
Constiti: Imp-*

*Abbas Trithem:
in Chron: Hir-
saug: A. 1356.*

*Crantzius lib. 9.
Saxon: cap. 29.
Videndus & Ni-
colaus Serar: lib:
5. Rer. Mogunt:
in Archiepisco-
po 3. Dlugossus
tom. 1. hyst. Po-
lon: lib. 2. in A-
1001.*

*V. liter: feudales
Friderici II. da-
tas Ottoni de Lu-
neburg. an: 1235.
apud Kuichenin
Epopsi. Goldast:
de jur: Reg: Bob:
in app: docum: p.*

24.

*Nabadus Agmo-
nius ad Curapa-
latem.*

rumque verbis clausa: ad cuius rei memoriam,
Et robur, perpetuò valiturum, præsens privile-
gium fieri, Et bullâ aureâ, typario nostræ Maje-
statis impressâ, jussimus communiri. Atque id
dignitatis & autoritatis amplioris ergò. Clarè
Agmonius, *Χρυσόβγλλα*, inquit, sanctissi-
marum olim Constitutionum nomen fuit: sumptâ
denominatione à bullâ aureâ, dignitatis Et auto-
ritatis amplioris causâ appendi solitâ. Quæ tan-
ta quidem Carolinæ sanctioni ab isto nitore ad-
fulserat, ut vel aspectus solus immensum quid-
dam Majestatis Et gloriæ contemplantibus inge-
reret: Et venerabundos cogeret summi Imperii,
veteris vè Romæ, ac aurei seculi meminisse;
Franc. Petrarchæ, quin fidissimo potiùs Pilei
Cardinalis, ab Urbano VI. Ponti. Max. in Ger-
maniam an: reparatæ salutis MCCCCLXXIX.
missi, relatu. qui se vidisse & tenuisse literas
patentes bonæ memoriæ Karoli Imp. Roma-
ni testatur: librumque Aureæ Bullæ his
describit verbis, memoratu dignissimis.

*Vide apud Mar-
quardum Frebe-
rū ad lib: 2. c. 5.
Petri de Andlo
in notis fol: 171.*

Prædictus liber, inquit, erat scriptus in perga-
meno viginti quatuor foliis, cum coopertura gros-
sa. in quo erant scripta diversa negotia sacrum Im-
peri-

perium, & Electores ejusdem tangentia. Qui quidem liber transfixus erat cum filis sericis, glauci ac rubei coloris involucris, cum bullâ, seu sigillo aureo rotundo Imperiali appendente: in cujus uno latere apparebat figura Imperialis in Majestate sedens, cum corona Imperiali in capite: habens in manu dextrâ sceptrum, & in sinistrâ manu pomum, cum cruce desuper, modo Imperiali. Et à latere dextro clypeum cum Aquilâ: & sinistro clypeum cum forma leonis. In circumferentiâ verò legebantur hæc verba.

KAROLVS QVARTVS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ROMANORVM IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS, ET BOHEMIÆ REX. Ab alio verò latere,

castrum magnum cum duabus turribus, habens portam inferiùs in medio, cum literis: AVREA ROMA. In circumferentiâ verò hæc legebantur verba.

ROMA CAPVT MVNDI REGIT ORBIS FRENA ROTVNDI. Ita Pi-

leus Cardinalis. Quibus Aureæ Bullæ ea, quam diximus, appellatio apertè confirmatur.

Quamvis nec absurdè nimis, etiam è re ipsâ duci posse videatur, quam complectitur; cum repertu necessariam, tum observatu perennem:

utrinq; optimam maximam, ac verè auream.
Nam & utroq; illo emblemate suam sibi insi-
gniunt bullam Germani : historiâ aut ratione
non invitâ. Apertè Crantzius, *Carolus Impe-*

*Crantzius d.
cap: 29. lib: 9.
Saxoniae. V. Ber-
gomensem in sup-
pl: Chron: A. 1362.
Peckium de jure
sistendi cap: 8.*

*rator, inquit, in plenitudine potestatis erectus, cum
videret multa in conventu Imperii sine ordine ge-
ri: nec satis ad liquidum constaret, quò quisq; more
res in cætu administraret: reformanda omnia cura-
vit, sibiq; desumpsit: multa constituens, quæ usq; in
hodiernum observantur. Et eodem sensu Dubra-*

*Dubravi^o lib: 22.
hystor: Bohem:
pag: (mibi) 212.*

*vius, edusq; ait, ambitio illorum etiam Principum,
qui se Electores vocant, exarserat, ut primum sibi
quisq; locum, præcipuamq; autoritatem in eligendo,
aspidendoq; vindicaret: nedum ut alius alium in ho-
nore deferendo præveniret. unde simultates inter
illos, & aliquoties cædes, ex domestico illo discidio
sustinebantur. Approbante igitur senatu Princi-
pum frequentissimo, decretum Carolus promulga-
vit, quo gradus potestatesque Principum & alio-
rum ordinum ita discrevit, ut nullus de jure suo,
tanquam imminuto, queri potuerit: sed contrâ po-
tius, ut tenuiores cum potentioribus se quodammo-
do æquari gavisifuerint. Sic item vetera Caesarum
de eligendo Rege Romanorum placita renovavit,*

ut in

ut in hodiernum diem Carolina sanctio de mandan-
dis suffragiis sola apud Principes vireat, vigeatque.

atque omnino magnâ religione, quod Thuanus
addit, in Germaniâ servetur. Quam & unicum,

Thuanus lib: 2.
hisor.

& adamantinum vinculum esse perhibent, quo
qualescunq; ultimæ Monarchiæ reliquiæ, ac

Marq: Freberus
in orat: 2. de pro-
pria gubern: Fri-
der: IV. Reusne-
rus cons: II. n. 20.
lib: 1. Ebe hard:
jun: cons: I. n. 27.
lib: 1. VVimphi-
ling: in epit: Her.

ferreo-lutei pedes hucusq; conglutinati erecti
steterunt: atq; à totali dissolutione, sæpeq; mi-

German: ca. 10.
Cusanus de con-
cord: Cathol: lib:
1. cap: 19. & seq.
Theolog: am: 7. de
Rep: 19. Harum:
Maur: de coron:
Caroli V. tit: quo
apparatu. Got-
dast: tom: 1. cōst:
Imp: 1. Sixtin: de
Reg: cap: 6. n. 21.
Heg: 1. 5. n. 1. &
seq.

nitata ruinâ facti tecti conservati fuere. Pacis
publicæ nervum firmissimum: quo salus & di-

gnitas totius Imperii unicè contineatur. Et
quæ alia largissimis encomiis benè multa pu-

blicæ isti legi acclamantur, ad ipsa etiam usq;
vota perpetuitatis. Legem Imperii fundamen-

talem esse, & cum Majestatem conjunctam: re-
ceptam porro in Capitulationes Cæsareas, &

juratæ sponsonis religionem. quæ nec mutari
adeò possit, nedum abrogari, sine corruptione

status publici, aut gravi in datam fidem pecca-
to: sed & recidivo in antiquam dissensionum

sylvam prolapsu. tantò pejore, quantò Magna-
tes positos semel dignitatum terminos sibi mo-

veri agrius ferunt; facem & fidem prælucente
omnis ævi instructrice historiâ. Ita, inquam

hactenus Germani. neque nimis, ut videtur, ab-
sone. Præconia certè, quæ in bullam auream
promittuntur, ultrò veneramur. Tandem enim
contentiosæ, quæ circa Imperatorum electio-
nes suboriebantur, lites, medicamine quodam
publicæ legis fuerant eliminandæ, quomodo
graviter Carolus. Ex quo ingratos nos esse oport-
teat, imò improbos, si legis encomio eamus ob-
trectatum. Solum id veremur, ne perpetuitas

in princ. A. B.

*Bortius de jur.
Majest. cap. 2.
n. 19.*

nudet sanctionis; cuius *εὐνομίαν* *ὡς νόμος*
sæpius variasse constat, atquè variare etiam-
num. Præterquam quod & oppidò reperian-

*Hegius part. 1.
49. jur. civ. &
Saxon. q. 5. n. 4.
Buxtorf. ad A. B.
concl. 14. Paci-
anus de probat.
lib. 2. c. 43.*

tur multa, quæ nec expressa satis isthîc, aut ne
dicta quidem. Nam & de sanioritate, paritate,
ac minoreitate suffragiorum Electoralium, tot
barbaris nominibus remanserunt lites, é quibus
ut ille loquitur, enecari possis. Et de eorundem

*Lupold. de Bebe-
burg. de jur. Reg.
cap. 12. Castald.
de Imp. q. 70. n. 3.
Lancellottus in
têplo Omni. lud.
l. 1. c. 1. §. 2 q. 4.
s. Georg. Sigisf.
Selt. Vice. Cancell.
Imp. Ferdinandi
in cons. ad Ferd.
requisitione. q. 1.
§. 12. circa fin.*

majoritate (pari appellationum, quibus con-
tentionum istarum utuntur Magistri, cum re-
bus ipsis horrore) usquè hæc sollicité disputa-
tur: eligentiumnè, an verò ipsius collegii Ele-
ctoralis æstimiô ea fuerit determinanda? ut
cum è septem Electoribus duo eligunt Henri-
cum: duo Maximilianum: tres Stephanum:

num

num Stephanus videatur electus tribus votis, quot nequè Maximiliano, nequè Henrico adspirant: an nec tria etiam suffragia sufficiant isti, qui quatuor non obtinuisset? Iterum: iurenè eligendi Electores in Romano Imperio utantur, ut singuli? quæ Hostiensi placuisse opinio perhibetur. An ut collegium, seu universi? quò Abbatis Panormitani, Joannis Andreæ, Lupoldi Episcopi Babenbergensis, Reustari Castaldi, Petri de Andlo, Henningi Godenii, Simonis Pistoris, Ludolphi Schraderi, aliorumq; primæ classis scriptorum vota ac calculi uno omnium consensu propendent. Similiter de Bohemiæ Rege contentio non levis, & quæ nec Crantzio potuit esse indicta, ad posteros remansit. Indestinctè ne ad actum electionis Rex Boëmiæ acciendus? quomodo quidem è variis Germanorum constitutionibus, ac rescriptis, quæ diligentissimus Goldastus ad Europæ patrietes unâ appendit tabellâ; quin & Henrici Rebdorfii, Matthæi Paris Monachi Albinensis, nec non Hartmanni Mauri, Electoris Coloniësis quondam Cancellarii, Petri de Andlo Canonici Columbariensis, aliorumq; bonæ frugis auctorum

Hostiensin c. venerabilè. ext: de election. ibivè Panormit: & alii Canon: comm. Joann: Andr: ad Speculat: tit: de rescrip: presen: §. fin. Lupold: de jur: Reg: cap: 6. Castald^o de Imp: q. 11. n. 8 & q. 15. n. 7. P. de Andlo de imp: Ro. lib: 2. c. 3. ibivè Ercher: in not. Goden: de Elect: Reg: Rom: c. 5. Pistor: cons: 1. n. 9. Schrader: de EE. par. 9. cap. 3. n. 159. & par: 10. sect: 10. n. 35. Crantz, lib. 9. Sax cap. 26. Goldast^o lib. 3. de jur. Reg. Bohem. c. 2. 4. 5. 6. & lib. 4. c. 6. & 7. ut in appèd. Rebdorf: in annal. A 1314. Paris in hist. majore A 1257. Maurus de coronat. Caroli V. Imp. §. iactis.

torum fide historicâ omninò videbatur adserendum. An eo demum casu, quò Electores cœteri in ferendâ sententiâ paribus inter se discre-

Iohan: Andr. & Hostiensis ad c. venerabilē. ext. de election. Albericus de Rosate; quin & Boëmiæ scriptor ber: de Ros: ad l. benè à Zenone. Dubravius, Episcopus Olomuceus; nec non C. de quadri: Albertus, Abbas Stadenfis, Cardinalis Baroni- prescript. Du- bravii lib: 6. hist: Boiem. Abbas Stadēfis in Chronico A. 1240. Baroni: tom: 10. annal: Ecclesiast: A. 996 n. 66. in fin. Goddeni: de Elect: Regis Roman: c. 3. n. 10. fol: 202. apud Goldastū in Po- lit: Imperial. pant suffragiis? quam utriusque juris commen- tatores, Joannes Andreæ, Cardinalis Hostiensis, Albericus de Rosate; quin & Boëmiæ scriptor Dubravius, Episcopus Olomuceus; nec non Albertus, Abbas Stadenfis, Cardinalis Baroni- us, Henningus Goddenius, aliivè penè infiniti tantoperè exoluere opinionem; ut non-pau- ci, motâ sibi tantis tantorum virorum assercio- nibus salivâ, Imperium suis cedere juberent li- mitibus: Bohemiâ idèò à Germaniæ corpore a- vulsâ: ne quid electitii juris, seu patrii voti lo- cus aut situs adseveret Regi; quem CENSO- REM malunt, ac DEFINITOREM, quàm ELECTOREM. Suspectè qui- dem: uti non absônè auguratur annalium Polo- norum compilator Sarnitius. Nec tamen sine colore. Nam & Albertus, Abbas Stadenfis, ex- fertè, Rex Boëmiæ, inquit, qui Pincerna est, non e- ligit; quia non est Teutonicus. Et Saxonici juris au- tores, verbis planè apertis. Bohemiæ Rex Pincer- na est. qui non eligit: quia nostræ non est nationis.

Quorum

Stanislaus Sarni- tius lib: 6. annal: Polon: in Boles- lao 1. fol: 230.

Abbas Stad: in Chrō: d. A. 1240.

Spec: Jur: Saxon: lib: 3. art: 57.

Quorum falsâ autoritate Sigismundum Poloniæ Regem, Ludovici Hungariæ & Boëmiæ Regis impuberis patrum, cum is ingenti pompâ Francofurtum ad conventum Electoralem legatos misisset, ac procuratores, ut administratione nomine vicem ipsius in electione Regis Romanorum gererent, *tanquam extraneum*, à jure ac potestate sedendi, suffragandi, & eligendi, exclusum fuisse, ab aliis memoratur; admis- sis tamen ipsius Ludovici legatis. Quos cal- culum suum concordibus Electorum tunc ad- jecisse suffragiis, Georgium Sabinum, ac Neu- gebaverum, eâ adfirmasse persentio ratione, quæ juris Saxonici auctoritatem depravatam coarguat, ac suspectam. sive è turbidis quorun- dam Italorum commentis; quorum orbitam eum civilis, tum feudal is istius, ac municipalis juris compilatores, (Eckonem de Repkow, Burchardum à Mangelfeldt, & nescio quem a- nonymum alium) tam arctè pressisse Golda- stus adfirmat: ut unò cum ipsis errore, orbi ipsi suas negarent partitiones: Bohemiâ extrâ Ger- maniam abreptâ; aut verò juxta Germaniam positâ, quæ subtilior Bartholomæo Anglico placuit

vide Goldast in Polit. Imper. fol. 104. & 105. & in Consult. de Electore Bohemia, subjunctâ tract. de jure Regni Bo- hem. ibidè lib. 3. cap. 6. ac lib. 6. cap. 19. §. 16.

Sabinus de elect. & Coronat. Ca- roli V. Nenge- baur lib. 7. hist. Polon. A. 1519. fol. 483.

vide Grypbian- drum cap. 51. de Wicbildis Sa- xonicis.

Goldast: d. con- sult. de Electore Bohem. fol. 8.

Barth: Anglicus lib. 15. de propri- etat. rerum. cap. 30. pag. 639.

placuit improbitas. siue ab alio quodam erroris fonte. quò de operosiùs hoc nunc loco indagare

Mela lib. 3. c. 3. non placet: cum de re ipsà è Pomponio Mela,
Solinus in Polyb. Julio Solino, Strabone, Dubravio ipso, Aeneâ
c. 32. Strabo lib: Sylvio Cardinali, & Archiepiscopo Senensi,
7. Geograph. D. postea Pio. P.P. II. Beato Rhenano, Conra-
bravio lib: 1. hist: do Peutingero lcto, Jacobo Spigelio, Auberto
Boiem, Sylvius c. Mireo Canonico Antuerpiensi, aliisvè sexcen-
1. hist: Boh. & Eu- tis, quos magno eam in rem numero laudat
ropa c. 17. Rhe- Goldastus, luculentissimè constet, omninò re-
nan: lib: 1. & 3. gionem illam, quam incingit vastæ Herciniæ
Rer: German. saltus, quamvè Bohemiam vulgo indigitamus,
Peutingo. in ser- Germaniæ, non magnæ modò illi, & antiquæ,
mon: conuiv: c. 4. sub Hermionibus, Boiis, Marcomannis, Qua-
par. 20. Spigel: dis, & consimilibus incolis: verum ipsi etiam
ad Gunther: lib: præsentis & hodiernæ, sub Slavis Zecchiis, ac-
5. in princ. Mi- censitam semper, in rerum gestarum monu-
re de reb: Boem: menti & actis publicis legi: ejusq; partem non
cap: 1. Goldastus minimam jam indè ab antiquissimis tempori-
de jure Reg: Bo- bus ad nostram usque memoriam constanter
hemie lib: 1. cap: existimatam, atquè assertam fuisse. Demùm,
1. & 2. Vide & aded frigidè sanctio Carolina pro Germanis, ut
Alchamerū, Vil- penè eorundem fuerit oblita: nullò certè ex-
lichium, Colerum presserit verbo, (quamvis, si rectè conijciam,
in not: ad Tacitū liberæ
Thuanum 2. bi-
stor: & 56. VVel-
serum lib: 1. Rer:
Boicar. Lupoldū
de j. Regni c. 2.
& 3. Freber: in
not. ad P. de An-
dlo lib. 2. cap. 2.
Contaren: in de-
scrip. tot. orbis

liberæ interesset electionis, ne exprimeretur,) ex solâne gente Germanâ Imperator petendus: quomodo quidem fieri maximè volunt, ut suo demonstrabimus loco. an & ex natione exterâ? Quæ sub auspiciis Divi Caroli V. augustissimæ memoriæ Principis, ambiente Imperii sceptrum Francisco, Galliarum Rege, ejusdemquè partibus suffragante Archiepiscopo Trevirensi, Germaniam, juris sui dubiam, & ad electorum nunc profugam responsa, mirè exercuit disceptatio. ut pleriquè tandem facti sint bonæ frugis scriptores, in Carolinâ sanctione eorum, quæ ad negotium pertinent electionis, multa repperiri obscura; plura ne dicta quidem. atquè in omisissis adeò ita versandum esse, ne quid contra morem antiquissimum, & Reipub. decus, aut utilitatem committatur. Quâ si opus habeant cautelâ Germani, utiquidem ex omni suppetiarum penu diligentissimis hætenus conquirunt studiis, quod fulciendo ac supplendo suo isti, de quo tantoperè fuerant gloriati, juri conducat: non video, heredes, quid Stanislaô Sarnitio Patria Polonia deliquerit, cum de electione Regis legem non recepe-

V. Sabini historiam de electione ac Coronat: Caroli V.

Vide cons: Simonis Pistoris, ad requisitionem Electoris Saxonie script. tom: 1. consil: Modest: Pistoris.

Mameranus ad lect: in præfat: tract. Sabini de elect: Caroli V.

Heg: 1. qq. jur: Saxon: §. n. 3.

ceperit perpetem : non statutum aliquod ; non regulam aut formam scriptam, nec traditam : quæ

Boterus in de-
scriptione Polon:

regim: pag: 409.

Ludov: Gotbof:

lib: 3. Archonto:

logie Cosmica. de

Reg: Polon: pag:

408. n. 22.

Sarnitius in e-

pist: præliminari

annal: Polon. &

lib: 5. annal. pag:

202. Besol:

lib: 2. dis: nomi-

co-Polit: 2. n. 2.

pag: 168.

vanæ accusationis caput sunt verba. non vi-

deo. Ita enim exclamat homo, ad aures & sa-

livam mirionum suorum. Nec definitionem e-

ligendi Regis, cujas & qualis esse debeat, nec mo-

dum præscriptum, nec formam electionis celebran-

da habet hæc Respub. per tot centurias annorum,

ex quo stetit. sine quibus necessitas ipsa, etiam bo-

nos viros, interdum cogit ad tales artes confugere.

Alioquin enim in infinitum tempus Electionis nullo

effectus, cum grandi autem periculo, extraheretur,

& tot voluntates hominum ferè semper inter se

variantes ad unum scopum impossibile est reduce-

re. Respicite, revolvite annales vestros: vix u-

num exemplum, exactè loquendo, libera Electionis

invenietis, cui aliqua vis aut ars non admixta fue-

rit. Nec modo hoc in Polonia usu venit, sed in

omnibus propemodum nationibus, ubicumq; modus

certus & proportio quædam certis numeris absolu-

ta non est, tanquam ex cera efformata. at ubi hæc

eadem est legibus sancita, res ista quanquam est per

se perplexa & operosa, tamen citò, tutò, & prospere

expe-

expeditur; & omnes isti cæci styli, omniaq; susse-
pta consilia uno impetu corruunt. Collegeram ego
ante decem annos exempla, & formulas electionum,
Pontificum nimirum Romanorum, Imperatorum,
& Ducum Venetorum, excusaq; typis ad hunc usum
Reip. in lucem edideram. Non contemnatis, qua-
eso, prudentissimorum virorum consilia, nec sinatis
amplius casu hanc Remp. geri, nec permittatis du-
bia aleæ res, in quibus vitæ & mors, salus & inter-
itus, ad limen sedent. Aut unam formam ex istis
tribus eligatis, aut, si potestis, aliam accommodati-
orem excogitetis, qua & vos nunc, & postea succes-
sores, non sine gratiarum actione pro re benè gesta,
in tali casu uti possint, vestrosq; conatus collaudare,
& ad sidera extollere, quod eos magnâ sollicitudi-
ne, & periculo, toties liberaßtis, quoties Reges ex
hac vitâ contigit decedere. Respicite quæso ad
præcedentia tempora: intra hos duodecim annos,
jam tres Reges mortui, tres electiones celebratæ.
Posunt autem & sæpius vel peste vel bello eripi, ut
sunt hominum res instabiles. Placetne spectare to-
ties Rempubl. in periculis versari? Placetne du-
biis fluctibus jactandam toties objicere, quoties re-
petitis vicibus Reges nobis eripiuntur? Recorde-

mini, quaeso, vocis Regis mortui, quando in medio Senatus ante biennium, veluti jam supremam diem mortis sibi instare praevidens, eâ de re discebatur: Cohorresco, inquit, toto pectore, quoties mecum recogito interregnorum superiorum pericula. Respondistis vos tum, de Rege, vivente Rege, nolle vos deliberare. Ecce ergo nunc illud tempus advolavit, & quidem difficilius, ni fallor, quam superiora interregna. Igitur omissis comperendinationibus, nolite amplius rem differre, nec patiamini hanc naviculam amplius fluctuare. Sanciat aliquam amplissimam legem, quam sive Capturum more patrio perpetuum, sive auream bullam vocare licebit: Germanos in hoc imitati, qui hujuscemodi voce talis sanctionis volentes laudes amplificare, nomen ei ab auro imposuerunt. Formam electionis Sarnitius exposcit æternam, & aureæ bullæ similem: aut magè etiam perfectam, seu accommodatorem. quorum istud parum fortè habeat commodi: hoc incertum. nam & usus hucusque comprobatur, qui consiliis suis in futurum nimis sunt cauti & providi, præsentis plerumque duci deinceps pœnitentiâ. Regulâ sanè opus est electionis, ac certâ normâ. firma ea nobis

Libius lib: 36.
cap: 9.

bis manet sententia, & constans. Perennem
 verò ac æviternam neque humanæ vicissitudi-
 nes, neque res ferunt liberi Regni. Sed ut a-
 qua manibus hausta, quantò magis premitur, tantò
 citius defluit: sic publica negotia Magnatum quan-
 tò magis perennitas persequitur, tantò magis dese-
 rit. Seu fatò id fiat; ut intellegat mortalitas,
 nihil esse inconstantius ijs, quæ tantoperè ut æter-
 na miramur: seu hominum proterviâ, cui con-
 tra legum perennitates solers quæpiam fraus
 inest: penè nescio. quamvis de neutro dubi-
 tem. Id solum profectò non ignoramus, legum o-
 portunitates & medelas pro temporum moribus,
 & pro Rerumpubl. generibus, ac pro VTI LIT A-
 TVM PRÆSENTIVM RATIONIBVS,
 proque vitiorum, quibus medendum est, fervori-
 bus, mutari ac flecti; neque uno statu consistere.
 quin ut facies cæli & maris, ita rerum atque
 fortunæ tempestatibus variari. quæ Sexti Cæ-
 cilij apud Agellium gravissima est oratio: imò
 tutissima electionum omnium disciplina; ut
 modum accipiant, ac formam, è præsentì. Ha-
 bent enim singulæ ætates, atque singula penè
 humanorum actuum momenta, suas varietates

Eusebius Casari-
 ens: lib: 11. de
 preparat: Evang:
 c. 7.


Ioan: Baptista
 Eguatius lib: 2.
 Rom: Princi: in
 principo.

Agellius l. 6. 20.
 nocti. Attic. ca-
 pite 1.

res, sua deliquia, sua sibi pericula: uti & suas iterum quævis tempora ostendunt utilitates. Quibus utrinque propriâ, ac coævâ quâdam litandum fuerit prudentiâ, ut fructuosa fiat, ac cauta electio. Probè Æmilius; *res quò sanctiores sunt, eò sapiùs, serviùs vè jactantur. cætera, quòd temporibus magè serviant, tutiùs agunt.* Loquor autem de solis electionum comitijs, optandivè Regis formâ, ac modo. Ea enim, quæ semper sunt necessaria, decorivè publico inserviunt, perpetua esse, ratio ipsa jubet: ut sunt Primatus, convocatio, ordinis ac sessionum prærogativæ, aliaque similia. Cætera verò, quæ à præsentī dependent, de modo eligendi, de loco, de tempore, de securitate euntium & redeuntium, de colligendis suffragijs, cohibendavè factionum intemperie, & si quæ sint talia, malimus esse arbitraria; & in singulas electiones, sapientissimo Ordinum arbitratu, ad præsens definienda. Neque enim in ullâ electione, quod metuere viro constanti liceat, supersit, cum singulis, pro utilitatum præsentium rationibus, proba;

pro-

provè vitiorum, quibus mederi oporteat, fervoribus cauta obtigerit præscriptio, ac disciplina: hoc ipso perennis, quia perenni litatur tranquillitati.



PRINCIPUM TRANQUILLITAS
prope virtutum, quibus incedit oportet, ter-
ribus causis obgetur praecipue acci-
dit: hoc ipso petennis, quia petennis
et tranquillitas

et et et



Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

www.digital-center.pl

biuro@digital-center.pl

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.

Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.